



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 34. Edmundi Richerii Scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

, traducta est, filebimus? proculdubio Sæc. XVII.
,, bacchantibus, si Catholici Doctores A.C. 1631.
,, in morum carcinomata, sicut & in
,, errores Lutheri, calatum acuissent,
,, vel hodie Ecclesiam emendatam, vel
,, non ita schismatibus laceram, & ad
,, paucos redactam haberemus, neque
,, ambitiosi & portenta hominum, si
,, lentium nostrorum, in abusum & cor-
,, ruptelarum patrocinium sic abduxis-
,, sent, ut quotquot hodie de Ecclesia
,, melius emendanda sermones conse-
,, rere audent, pro hæreticis, & pa-
,, bulo inquisitionis, si Deo placet, ha-
,, beantur. Sed tum demum anno se-
,, ptuagesimo ætatis post diuturnum
,, morbum nephritidis, codicillum hunc
,, olographum conclusi, & obsignavi,
,, die vigesima quarta Decembris in per-
,, vigilio Nativitatis Dominicæ post me-
,, ridiem anno millesimo sexcentesimo
,, vigesimo nono.,,

§. XXXIV.

Edmundi Richerii scripta.

Haud diffitendum est, Richerium *Niceron. l. c.*

fuisse Virum rara ingenii felicitate,
omnisque generis scientiarum copia in-
structissimum, ac fors maxime com-
mendandum, si aut suo ævo plus ce-
teris non sapisset, aut inter hodierni

Kk 5

ævi

Sæc. XVII. ævi Eruditos vixisset, scripsissetque. Por.
A. C. 1631. ro præter ea, quæ circa Grammati-
cam, Rheticam, Eloquentiam, nec
non prudentem docendi discendique
methodum scripserat, celebratur ejus
tractatus *de optimo Academiarum statu*, nec
non ipsius *Apologia pro Senatus-Consulto*: Utrumque hunc librum Richerius
ediderat adversus Georgium Clintonem, qui Richerianam Universitatem
emendationem carpebat. Ubi vero Richerius suas novitates spargere co-
perat, contentio inde exorta pluribus
ejusmodi licubrationibus argumentum
Richerio suppeditabat, ac primo quod
dem ea ex causa edidit vitam Joannis
Gersonii ex ejus operibus collectam.
II. Apologiam pro eodem de supremâ
Ecclesiæ & Concilii auctoritate, &
dependentia Regiae potestatis. III. Li-
brum nominatissimum de Ecclesiastico
& politica potestate. IV. Demonstra-
tionem libelli de Ecclesiastica potestate
cum Authoris Testamento. V. Vie
dicas Doctrinæ Majorum scholæ Par-
siensis de auctoritate Ecclesiæ. VI. Hi-
storiam Conciliorum Generalium. VII.
Librum de Potestate Ecclesiæ in rebus
temporalibus. VIII. Considerationes
in librum, cui titulus: *rationes repro-
bandi censuram quorundam librorum &c.*

§. XXXV